



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 119. Decretum primum contra Concubinarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1435.

§. CXVIII.

*Sessione vigesima Basileensis Synodi*

*Labbe Conc. to. 12. p. 549.* Cunctis ipsis interea in Oriente agitab-

Patres serio reformandæ Ecclesiæ capite & membris Basileæ incumbunt atque ideo die Sabbati vigesima tertia Junii hoc anno Sessionem vigesimam celebrantes, potissima sua studia ad eliminandos, qui hucusque in Ecclesiæ irreperserant, nonnullos abusus impendunt, atque ea de re quatuor decreta condunt.

§. CXIX.

*Decretum primum contra concubinarios.*

Patres primo suo decreto adversus publicos concubinarios statuunt, I. Quicunque per duos menses post publicationem hujus Constitutionis in Ecclesiæ cathedralibus factam, fuerit publicus concubinarius a perceptione fructuum suorum beneficiorum trium mensium spatio sit suspensus, quasi unus Superior (non sibi suoque privato usui applicandos) in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem convertatur. II. Si a suo Superiore Concubinam dimittere monitus, eam non dimiserit, jubet haec sancta Synodus, ut ipsum suis omnibus be-

neficciis

neficiis omnino privet, & usquequo cum eis **Sacul. XV.**  
 per suos Superiores post ipsarum concubina- **A.C.1435.**  
 rum dimissionem, manifestamque vitæ emen-  
 dationem fuerit dispensatum, ad susceptio-  
 nem quorumcumque locorum ac beneficiorum  
 sint inhabiles. III. Si post dispensationem  
 recidivo vomitu ad hujusmodi publicum con-  
 cubinatum redierint, sine spe alicuius dis-  
 pensationis ad prædicta prorsus inhabiles  
 existant. Postea vero Synodus declarat,  
 quod Concubinarii publici non solummo-  
 do intelligendi sint illi, quorum concubinatus  
 per sententiam, aut confessionem in jure  
 factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla  
 tergiversatione celari possit, notorius est, sed  
 etiam qui mulierem de incontinentia suspe-  
 citam, & infamatam tenet, & per suum Su-  
 periorem monitus ipsam cum effectu non  
 dimittit. Præterea præcipiunt Patres, ut  
 præsens decretum tanquam inviolabilis  
 norma ad omnes Christiani Orbis Provin-  
 cias mitteretur. Si vero hi, ad quos ta-  
 lium correctio pertinet, eos in Conciliis  
 Provincialibus, aut synodalibus punire ne-  
 glexerint, ipsimet per suspensionem vel alia  
 condigna pœna severiter castigentur. Ut  
 autem tanto malo efficaciore provideat-  
 tur remedio, Synodus adhortatur Epis-  
 copos, ut ipsas concubinas aut mulieres su-  
 spectas omnibus modis curent a suis subdi-  
 tis, etiam per brachii sæcularis auxilium  
 (si opus fuerit) penitus arcere, qui etiam ex  
*Hist. Eccl. Tom. XXVII.* M tali

**Sæcul. XV.** *tali concubinatu procreatos filios apud Pa-*  
**A. C. 1435.** *tres suos cohabitare non permittant.*

Cum vero criminis licentia latius se-  
 peret, eoquod quidam Clerici, etiam Ju-  
 risdictione Ecclesiastica prædicti non mo-  
 do concubinarios coercere negligerent,  
 sed etiam pecuniarios ab eis quæstus  
 percipere non erubescerent, illosque in  
 tanta fæditate fordescere permetterent  
 ideo ad tollendos hosce abusus Synodus  
 ejusmodi Clericis sub poena excommu-  
 nicationis, ac *maledictionis æternæ praecipi-*  
*pit, ne deinceps sub pacto, compositions, aut*  
*spe alicujus quæstus talia quovis modo tol-*  
*rent, aut dissimulent.*

### §. CXX.

#### *Decretum II. de excommunicatis.*

**Labb. Conc.** Alterum Decretum, ut conscientiis ti-  
 20.12.p.551. *moratis, atque anxiis consuleretur,*  
*declarat, quinam excommunicati vitandi,*  
*& a quorum communione in Sacra-*  
*mentorum usu abstinentur. Ipsius De-*  
*creti tenorem exhibemus: Ad vitandum*  
*scandala, & multa pericula, subveniendum*  
*que conscientiis timoratis statuit, quod ne-*  
*mo deinceps a communione alicujus in sacra-*  
*mentorum administratione vel receptione, aut*  
*aliis quibuscumque divinis vel extra, pra-*  
*textu cuiuscumque sententiae aut censuræ Ec-*  
*clesiasticas ab homine, vel a jure generaliter*  
*pro-*